



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Venenum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)



loris in humidis, vt lepus marinus, vt inflammatur calefaciens ex calore conuertere ad se humidum subtile, vt euphorbium: aut infrigidans stupefaciens ex frigiditate: mortificatiua tollente sensum, vt opium: aut oppilans vias anhelitus in corpore ex grossitudine frigida substantie suae, quae acumen accidentale habet, vt plumbum adustum: efficiens a tota substantia est, vt gummi, napelli, fel Leopardi, & haec sunt venena deteriora, quam priora. *Alb. Magn. de anim. 25. c. 1.*

Venena alia sunt super aliquod membrum operantia perniciem: quae in super totum corpus. *Alb. Mag. de anim. lib. 25. c. 1.*

Venenum aliquando iuuatur ad operandum complexione fumetis: aliquando impeditur. Iuuatur quum quod sumit venenum calidum calidae complexionis: contra si frigida: ea propter napellus homini est venenum, cibus turdo, & passeri. *Idem ibid.*

Venenorum signa sunt si sentitur inordinatio & corrosio puncturae, & incisio, scilicet esse venenum calidum & acutum: si accidat inflammatio vehemens, & exuberatio sudoris, & rubedo oculorum, & angustia, & sitis, significat esse venenum calidum valde: si profunditas somni, stupor, & frigus, & syncope, significat esse de venenis, quae a tota substantia operantur, & haec sunt omnibus deteriora. *Alb. Magn. de anim. lib. 25. c. 1.*

Venenum viperarum non est frigidum, quia frigescent venenati, sed ideo frigescent, non quod sit frigidum venenum, sed quia contractitas, quam habet venenum ad calorem naturalem, mortificat cum. *Idem ibid.*

Veneficia in humano genere de quibus nunc traditur, duplicia sunt, aliud quod corpore, corpora secundum naturam deprauat, alterum quod praefligis quibusdam & incantationibus, & deligationibus perfradet aliis qui ipsi ledere audent, quod hoc possit, aliis quod laeduntur ab his praeter omnibus qui praefligis exercere possunt. *Plat. de legib. dial. 11.*

Veneficis qui vitur ad detrimentum non lethale, neque ipsius neque hominum, sed pecorum: aut examinum, siue lethale, siue aliud detrimentum: si medicus fuerit, & veneficis condemnatus, morte plectatur: si idiota, iudicium iudicet quid perfoluere debeat, ac si deligationibus, aut illecebris, aut quibusdam incantationibus eiusmodi, veneficiorum vsu ad laedendum paratus esse videtur, si vates est, aut prodigiorum interpretes, occidatur: vt si absque diuinationis peritia quis veneficis condemnatus fuerit, idem etiam circa hunc fiat, nam & hoc iudicium faciat aethimatonem, quid ipsum pati, aut soluere oportet. *Plato de legib. dial. 11.*

Veneficium est ars quaedam circa materiales daemones & terrestres, simulacra daemorum prout nos in aspectum, & alios velut ab inferis excitat, alios ex alto deducit. *Mich. I. I. de dam.*

De Veneno. DIAL. CXVI.  
Francisc. Petrarch.  
DOL.

Venenum timco. R. Potu abstine, ciboque promiscuo, experitorum fides amicorum excubet, suspectos limen arceat, vina turbida, fusca, & veleni pulmenta, sapumque permixto, cautio adsit, & sobrietatis, & tarditas. Praecipitatio autem abstinere, quae & aliis, & praefligis genere hoc mortis multos perdidit. Sit ad mensam lenta manus, oculus celer, animus vigil, memoremque discriminis, nec tuis & sum, sed tuorum oculis, atque animis obnoxius inuigila. Magnis periculis magna obstat intentio, nihil non turbat incautum. D. Venenari metuo. R. Oportet remedium audisti. Vis audire facillimum? Pauper esto, veneni metum periculumque discusseris. Hoc siquidem mali genus humilior fortuna non recipit, vna securitas parens & terrorum omnium extirpatrix, medicina alia quidem optima, atque promptissima, nullique hominum negata, multis etiam ingesta nolentibus: neque vero efficacis, minus quam parabilis, tuta herede, quamuis amariuicula atque horridula. Comprimit animi tumores, liuores diluit, bilem purgat, curat hydropisum, veltiae opes plene infidiarum, pleneque formidinum non minus cyathos metuent quam gladios, nec minus paropides, quam sagittas, non mensa, non domus, non cubiculum periculis suis vacat. Dubia quaelibet, atque suspecta, praesentemque viris inueniant omnia mortem, quod in tempestate ait Maro, in tranquillo vobis accidit, & hoc veltiae illae tarsi dilectae vobis afferunt diuitiae. Paupertas vero praeter inimento apud vulgus infamati nominis notam tuta habet omnia. Et si quando turbata infestae puluis ac strepitus conquelescat optabilia, ac suauia penitus & tranquilla. Tandem ergo scitibus, & vitreis vasculis terreni homines bibite atque edite, si securi bibere vultis, atque edere, aureis vasis, ac gemmatis venena miserentur. Quorsum pergis auaritia? Ipsum quoque iam venenum gemmas amat, atque aurum. Contra hanc pestem, neque Pontici regis, neque alterius efficacius antidotum, quam paupertas. D. Venenum hausi, mors praecordis innatat. R. Vbi semel moriendum esse decreueris, quod decretum esse debet omnibus, qui se meminere mortales, quid referat id sitiendo facias an bibendo? Et rursus an tuo sanguine maledixit an vino? Magnos coporatores fatique huius habes comites, Alexandrum, Hannibalem, Philopomenem, Mithridatem, ipsum Claudium, Theramenum, Socratem.

Manci pera.  
Narrans locum fuisse vicinum Hymetto, cuius nomen aiga, id est, claudi mantica, in ea fuisse templum, unde semina sterile bibebant, & sicant fecundae eos, qui bulbis, aliisve medicamentis irritant libidinem elleboro succurrunt ingenio, & quibusdam memoria.  
Vide rit. Malitia.

Venia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA

Venia, Graece *εὐνοια*, & dicitur. Eredi dicitur, secundum Senecam, lib. de clementia. Dicitur enim quod optanti eueniat. Venia aliquando capere dicitur, Est autem indulgere obsequi, & aliquid dimittere. Quare indulgentia est mollis, & delicata permittit. *Idem ibid.* Hebr. *Chemlah*, & *Machal*, molliis fuit animo, emollius est erga aliquam personam, molliis animi, commotus est mitigatione. Cognoscitur cum verbo *Machal*, ignouit culpam, veniam. Hinc *μαχάριον* & *μαχάριον*, item Lat. molliis mollior dicitur etiam venia, Hebr. *Selchah*, *I. salm. 130. 4.* in pius fuit, pepercit.

PATRVN SENTENTIAE

Debet Ecclesia Catholica correctis & firmis, & gnoscere: cum ipsi Petro personam eius gestant, & tubaliter, & cum Deum carnaliter a passione detrahent serui gladio praecidit, & cum ipsum Dominum detrahent, & cum in simulationem poena superfluitatem deamus veniam esse concessam, cumque conuictum tum vique ad dominicae passionis gloriam persequatur. *Idem ibid.*

Nullus debita grauioris poenae accipit veniam, nisi qui, est longe minorem quam debeat, soluit peccatum. *Idem ibid.*

Auditis formam, si septuagies septies dicitur peccatum, ut si hucque ignouit, & ultra negatur, peccatum dicitur, & si non dicitur, peccatum non dicitur. *Aug. de verbis Domini.*

Dicit Dominus, dimitte, & dimittere tuis. Si ergo dimitte illis postea, nam si non dimitteris, peccatum dicitur, miseram, replicabo tibi. *Idem ibid.*

Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimitte nobis. Ne dicas in lingua, ignosco, & corde dicitur, cum dicas. Vocem tuam audit homo, concilium non inspicit: Melius est enim, dum non clamas, & in corde, quam blandus ore, crudelis in corde. *De serm. 15.*

Negligens inimicitias finire obliuiscitur, peccatum vult concedere, sed indignatus, his tribus inimicis, sed animas, in quibus non moriturum occidat. Venia negligentiam memoria, contra pertinaciam memoria superbia, verecundia submissa praesentia. *Idem ibid.*

In hac petitione si mentitur, totius orationis effectus, pecuniam aliquando reperere concedatur, & peccatorum petenti veniam, nunquam iulle negatur. *Idem ibid.*

Beneficium se putabat accepisse angustie memorem, cum rogaretur ignoscere & tunc propter eum fuisset commotio maior iracundiae, & operatur mebarur in aliis, vt irascitur, hoc erat peccatum, cum haberet supra omnes potestatem, quasi peccator lebat, quam quasi iudex punire, aequitatis iudex, ter, qui nunquam veniam consentit negare. *Idem ibid.*

Disce frequenter ignoscere nec indignum te esse enim quo possit offendi, cui ignoscendum est. *Idem ibid.*

Tanta pietatis est Dominus Iesus, vt ipsi iudex dicitur Christi expectasset misericordiam. *Idem ibid.*

Pulcherrimum affectandae conuersionis exemplum, quod latroni venia relaxatur, & vberior gratia quam peccatorum enim plus tribuit quam rogatur. *Idem ibid.*

Non vique septies, sed vique septuagies septies dicitur, & nonaginta vicibus, vt toties peccatum dicitur ter in die, quoties ipse peccare non possit. *Idem ibid.*

Si peccaueris in nos frater noster, & in quibusdam seris, dimittendi habemus potestatem, imo peccatum dicitur Dominus precepit, vt debitoribus nostris debita dimitteret.

PC

POLYANTHE